Aconsejarse con personas doctas, y temerosas de Dios. Viros doctissimos, & timentes Deum in consilium adhibere. Cum religiosis, doctisque viris consilium inire.

Acontecer. Vide Accader.

Acordadas voces. Voces consonæ.

Acordar, ó resolver. Decerno, statuo, constitulo, is. Vide Determinar.

Acordar á otro. Admoneo, es. Moneo. Bien haces en acordarmelo. Bene mones. Bene facis, quod me mones. Una cosa me acuerda otra. Aliud ex alio mihi occurrit.

Acuerdame una cosa muy bonrofa.

Rem mihi satis gloriosam commemoras, in memoriam regidis, revocas. De te sanè pulcherrima mentionem facis. Pulcherrimi faci memoria meum animum reficas.

Acordarse. Memini illi. Commemini. Memoria teneo. Reminiscor, recordor. Tarde has acordado. Serò experctus es.

Acerdade de tu vida passada. Superioris vita acta in memoriam revoca. Redi in memoriam vite superioris. Vita ante acta spatio respice. Repte superioris vita memoriam. Excita memoriam ad ante acte vita cogitationem.

Siempre me acordare de la merced que me hicisteis. Erit beneficii tui memoria meo animo semper infixia, in mente semper habebit mea, apud me semper extabit, animo meo numquam excidet, nulla oblitione delebitur, numquam intermitur. Tuum in me beneficium memoria perpetuo conservabo, retinebo, benevolentia colam sempiterna.

Acornear. Cornu petere.

Acorralar á uno. Hominem circumcludere, intercludere, intercipere. *Acorralado.* Circumclusus. Vide Atajar.

Acortar. Præcindo, is. Decurto, as. Al razonamiento. Aliqua ex dicendis omittere, prætereire, prætermittere.

Acorvarse. Incurvescere, curvari.

Acrovado. Curvatus, incurvus, a, um.

Acosar al toro, ó las fieras. Taurum, aut fieras agitare. *Acosar, ó perseguir á alguno.* Aliquem persequi, infestari.

Acosarse, y estar acosado. Cubo, as. Iste á coscar. Cubitum ire.

Acosamiento. Emeritum, ti. Merces, dis.

Acostumbrarse. Assuesco, consuesto, insueco. Soleo, es. Date fe in consuetudinem. No acostumbro á acostarme sin examinar la conciencia. Nisi conscientia disculta, cubitum ire non soleo.

Acostumbrada cosa. Solitus, assuetus, usitatus. No acostumbrada. Insolitus, insuetus, inusitatus, a, um.

Acostumbrado esto á trabajos. Labores satis multos expertus sum, perppersus sum, tuli, sustinui. Labores ferre, perferre confuevi. In laboribus satis exercitatus. Obdurus ad labores. Callum ad labores obduxii.

Acotar. Vide Alegar. A quien toca? (ironice) Præclaro te teste, aut authore tuetur.

Agotar. Flagello, as. Verbero, as. Seragotado. Vapilo, as.

Muchos se agotan el Jueves Santo. Multi in Chirito memoriam patientis flagitis se cædunt, in se iplos acriter saeviunt. Funiculis, ferries tribulis insertis. dorsum lacerant, cruentant.

Agota el agua los muros. Flumen mænibus allabitus, muros alluit aqua, dividerebat unda.

Agotes. Flagellum, i. Flagrum, verber, plaga, a. Agotaya. Verberatio. Ruido de agotes. Crepitus plagarum. Seguro que sus agotes no darán en mis espaldas. Si illi sunt virg. ruri, at mihi tergum domi est.

Açoteta. Ambulacrum superius ventis perium, fenestris exornatum.

Acobardar à uno. Deterrere aliquem, ejus animum frangere, infringere, timorem illi incutere, injicere. *No te acobardes, ni amilanes.* Ne animum abicias, ac despondeas. Ne contrahas, ac demittas animum.

Acocear, y pisar. Pessundare aliquem, calcibus petere, abjecere, percutere, pebis subigere, conculcare.

Acoccentar. Augeo, adaugeo, es.

Con tan ilustres hechos haveis acrecentado vuestra honra, y hacienda. Tantos rebus gestis magna tibi accessio facta est, & fortuna, & dignitatis: fortunas, & dignitatem auxisti, amplificasti: multum tibi additum est, & fortunaram, & gloria: multum tibi, & fortunaram, & honoris accredit.

Acoccentarse. Augesco, adaugesco, is.

Acocentamiento. Accesio, acretio, incrementum. Vide *Aumento*.

Accreditar à otro. Authoritate sua aliquem tueri, commendare. Existimatum aliqui conciliare, fidem affere. Si quires que te diga la verdad, aquello le acredito mucho. Illa res, si quæreris, magno ei honori fuit, multum dignitatis attulit. Estia muy acreditado. Magnum sibi nomen fecit, comparavit. Magna est, & præclaræ ejus existimatio.

Accreditarse. Fidem acquirere. Virtutis, & scientie documentis inclarencere. Præclaræ naturæ dotibus se ipsum commendare. Secundam existimationem colligere. Bonum nomen comparare.

Heme acreditado de bien pagador. Afectus sum, ut bonum nomen existimet. La mentira se accredita con algo de verdad. Falsis ex vero fides peti soler.

Accreditor. Creditor, oris.

Acriminar alguna accion. Facinus acriter vituperare, fugillare.

Acriminador. Objurgator, oris,

Acriolar. Vide *Acendrar*.

Acriolado. Purgatus, excoctus.

Acriar. Cribo, as. Triticum purgare.

Acrivillado de heridas. Multis vulneribus confosillus.

Activo hombre. Strenuus, industriosus, actiuus, numquam cessans.

Acto de letras. Vide *Conclusiones*.

Actor. Actor, is. Vide *Acudor*.

Acuchillado vestido. Vestis casuris insignis, conspicua, casuris eleganter distincta.

Acuchillarse, reñir con espadas. Digator, aris. Gladiis se mutuo petere, cedere. No hay mejor Cirujano, que el bien acuchillado. Rerum agendarum scientia agendo comparatur. Morborum patientiæ medicum me reddidit.

Acuir. Accuro, is. En las dudas acuir al maestro. In dubiis magistrum consulere.

Acude mucha gente à nuestra Iglesia. Multi ad Edem nostram venitant, Templo nostrum frequentant. Ades nostra maximè celebratur civium frequentia.

Auditio mal el trigo ogaño. Angustè obvenit frumentum hoc anno. Exiguos fructus agri retulerunt. Tenuissimus fuit hoc anno frugum proventus. Hic annus frumenti laboravit.

Agucar. Saccharum, i. *Agucarado.* Saccharo confersus, conditus, imbutus. Que agucarada ha de ir la verdad, para que gullen de ella los Principes? Quan speciosis nominibus veritas Principibus subiicienda est, ut aliquando sapiat!

Agucena. Lilium, ii.

Aguela, Alcia, x. Dolabra, e.

Acuerdo, ó memoria. Recordatio, nis.

Acuerdo. Consilium. Junta del acuerdo. Senatorum cœtus, concilium. Entrar en acuerdo. Inire concilium, vel concilium. Tener acuerdo, ó estar en acuerdo los Oidores, Senatum, vel concilium habere.

bere. De acuerdo se juntaron. Ex compo- fito convenerunt.

Con acuerdo de todos se hizo. Magna omnium concordia, omnium consensu, & conspiratione; refragante nemine, cunctis suffragantibus constituum est.

Acuestas llevar. Humeris portare.

Açufaya fruta. Ziziphus, i. El arbol que la lleva. Ziziphus, i.

Açufre. Sulphur, uris. Pajuelas de azu- fre. Sulphurate palea.

Açufiar. Cavea saligna, seu viminea, stercans vestibus apta.

Açul, Açulado, Açulejo. Vide *Ar-*

Açula. Illuc.

Azumbre. Congius, ii.

Acumular. Vide *Achacar*. Las cosas, que despues les acumularon, con quanta pa- cienza las sufrìo! sufrìo digo i mas como las desprecio, y estimo en nada! Que po- stea in eum congesta sunt, ut sustinuit, dñi immortales! sustinuit? inò vero ut contempnit, ac pro nihil putavit!

Acuñar moneda. Argentum, aut moneta cumudere, numnum figuare.

Acuñadores de moneda. Monetarii, orum. Viri monetales.

Acusar. Accuso, as. Criminor, aris. Atcello, is. In-jus, vel in judicium aliquem vocare. Defere nomen aliquorum. Ex jure manu consertum vocare. Conferre crima in aliquem. Agere, vel facere. Crimen aliqui objicere.

Acusar por escrito. Subscriptionem componere. El que acusa por escrito. Subscriptor, oris.

Acusar falsoamente. Calumnior, niaris. Falso acculare, false insinuare. Fallsum crimen aliqui objicere, imponere, objec- tare. Calumniam in infonetem texere. Ex unius, vel alterius verbi captione cri- minandi ansam arripere. Verbi ambigui- tate ad calumniam abutii. Fallsum telli- monium in aliquem dicere.

Acusacion. Accusatio, actio, delatio,

insimulatio. Por escrito. Subscriptio. Acu- sacion falsa. Calumnia, x. Acusacion de burlas. Cavillatio, nis.

Acusador. Accusator, actor, oris. Que lleva la quarta de los bienes confiscados. Quadruplicator, oris.

Acusador falso. Calumniator. Sico- phanta, x.

A ANTE D.

Adagio. Adagium, ii. Paremia, x.

Adalid, ó guia. Dux, cis.

Adamado, ó agraciado. Venustus.

Adarga. Cetra, x, Pelta, x. Adargar- se. Cetra se tegere, protegere.

Adarme de peso. Drachma, x.

Adarve. Muri culmen.

Adelante. Perge, progredere. Muy adelante rá. Longe procelsit. En la virtud, el no ir adelante es volver atrás. In virtute non proficere, deficere est. Ni atrás, ni adelante. Nec progedi possum, nec regredi.

Adelantar à uno en dignidad. Promovere aliquem ad superiorem dignitatim gradum. Aigo havemos adelantado la re- torica con nuestra industria. Aliquid ora- toris laudi nostra attulimus industria.

Adelantarse à otro. Alicui, vel aliquem antecedere, anteire, pæxurre, preire. No se adelante el apetito à la razon. Ne appetitus rationem pæcurrat.

Adelantemonos callandico á ver lo que hacen. Occupemos ex infidis, quan rem gerant. *Adelantaremonos* á hacerlo pri- mero. Id priores facere occupabimus.

Adelantado. Prefectus, Antelatus, pro- vincia Pæs. Pagar adelantado. Pecu- nian, vel pensionem representare. Pæ- manu pecunian dare.

Adelantamiento. Pæfectura, x.

Adelta, mata. Nerium. Rhododaphne,

Adel-

Adelgazar. Attenuo, as. Extenuo, as.
Acto, is. Proculo, is. Exacuo, is.

Adelgazar la voz. Vocem deducere.

Adelgazar y apura mucho las cosas. Rem diuidentissime discutit, subtilissime disputat, accuratisime examinat, exactissime expendit, singula ad calculos vocat. Scrupulosa diligentia, vel tenuissimos apices explorat.

Ade man. Geltus, us. *Qué haces ade man?* Quid est, quod geltis?

Aemás de ésto. Praterea, insuper, hoc amplius. *Aemás de ser bobo,* es misera ble. Non modo fatuus est, verum etiam tenax, ac deparcus. *Práterquamodo* stultus est, etiam illiberalis. Parum erat fatuum esse, nisi sordidus etiam esset.

Aemás que. Addo quod. Quid quod.

Aemás que yo no sué de parecer, que pusiesse pleyo. Addo quod mihi non est visum, ut item intenderet. *Aemás que corre graníssimo peligro la vida,* y ba cienda de los confederados. Quid, quod salas sociorum sumnum in periculum, ac disserimus vocatur.

Adentro. Intrò. Vide *Dentro.*

Adenter. Adjuncta, orum.

Aderezar el vestido, ó calzado. Vestem, aut calcos concinare, resarcire, resice re. Para renderle. Veltum interpolare, componere, mangonizare, ad allicient dos empores.

Aderezar la comida. Condire cibum. *Aderezar lo necesario.* Parare, quibus paratis opus est.

Este se adereza, y compone como mu ger. Hic ad feminatum morem, & la cicviam se comparat. Vide *Afeytar.*

Aderezgo de comida. Condimentum, i. De vestido, ó zapatos. Sarcimen, inis. Concinnatio, nis.

Adeshora. Intempestivè.

Aesfrar. Matanduca, is.

Adendido. Oberatus. Vide *Denda.*

Adicion. Appendix, dics. Corollarium,

Adinerado. Pecuniosus homo.

Adivas en las bestias. Angina, z.

Adivinar. Divino, as. Praefugio, is. Hariolor, aris. Presentio, is. Conjurio, is. Vaticinor, aris.

Facil es ésto de adivinar. De hac re certam conjecturam facere possumus. De hoc haud dubie, nec falso conjicere licet. Hac de re non est difficile conjectura, minime obscura est, aut temeraria auguratio. Facili conjectura id alesqui possumus.

Adivino. Divinus, i. Vates, is. Hariolus, i. *El que adivina por aves.* Auspex, icas. Augur, uris. Por las entrañas de alguna res. Auspex, icas. Por suertes. Sortilegus. Por señales del rostro. Physiognomus. Por las rayas de la mano. Chiro manticus. Por sueños. Conjector, interpres somniorum. *Soy yo adivino para de ciros ésto?* Davus sum, non Oedipus.

Adivinacion. Divinatio, vaticinium, augurium, auguratio. Por entrañas de animales. Aruspicina, z. Por suertes. Sortilegium, ii. Arte de adivinar. Mantice, es. Augurata scientia.

Adjetivar. Adiectivum nomen substantivo aptare, accommodare.

Adjudicar. Adjudico, as. Addico, is.

Administrar. Administratio, gubernio, as.

Administracion. Administratio, nis.

Administrador. Administrator, ois.

Admirarse. Miror, admiror, demiror.

In admirationem rapi, admiratione affici, teneri. *Ni bay que admirar, que erras fe.* Nec mirum, si erravat.

Admiracion. Admiratio, nis.

Admirable cosa. Mirus, mirabilis, admirabilis, mirandus admirandus.

Admirablemente. Mirè, mirificè, mirabiliter. Admirandum in modum.

A todos dexò admirados. Magnam omnibus admirationem fecit, excitavit, concitavit, movit, attulit, peperit. Magna omnes admiratione affecti, in magnam admiri-

admirationem rapuit, adduxit. Hasfere omnes admiratione perculti, stupere ad tantam novitatem.

Admitir. Admitto, is. En su casa. Te sis aliquem excipere, in domum suam recipere. En su Colegio. In Collegium illum cooptare, collegam sibi alicescere. *Admitirle por Ciudadano.* Civitem illum alicescere, Civitate donare. Culpasme sin admitir excusa. Tu me infimulas, nec satisfactionem accipis.

Adobar. ó sazonar la comida. Condio, is. Adobar las pieles. Pelles concinare. *Adobado.* Caro suina salsugine condita. *Adobo.* Condimentum, i. Echar algo en adobo. Condire aliquid. Condimentum oleis, aur carnis affundere. Tomar el adobo. Condimentum imbibere, condimento imbuī, affisi.

Adobe. Lutum aceratum.

Adolecer. Languo, es. Vide *Enfer mar.*

Adolece de culto. Oratio ejus sanè elegans est, numerosa, & concinna, sed eo peccat, quod nihil peccat.

A donde? Quo? Quoniam? A donde yo éstoy. Hinc. A donde tu éstas. Ituc. A donde aquél estás. Illuc. A donde quiera. Quolibet. A donde quiera que. Quoquo. Quocunque. A donde quiera que vayas, ballarás trabajos. Quoquo te vertas, omnia plena malis.

Adoptar. Adopto, as. Filium instituere. *Adoptivo hijo.* Filius adoptivus.

Adopcion. Adoptio, nis.

Adorar. Colo, is. Adoro, as. Veneror, aris. A solo Dios hemos de adorar. Uni Deo cultus exhibendum, praestandum, tribuendum, deferendum est. Unus ille venerandus, unus summa religione colandus, unus divinis honoribus afficiendus, pro sequendus.

Adoracion. Adoratio, cultus, us.

Adormecer. Sopio, is. Soporem aliqui affecte, conciliare, inducere.

Adormecese. Obdormio, obdormisco. *Adormecido.* Sopitus, soporatus. *Cofia que adormece.* Soporifer, a, um.

Adormidera, yerra. Papaver, eris.

Adornar. Orno, as. Adorno, exorno. Magnifice instruere, excolere.

Adorno. Ornatus, ms. Ornamentum, i. Con adorno, y esplendor. Ornato, & ex plendide.

Adocenarse. Promiscue cum omni bus agere. Parem se infimis facere.

Adquirir. Acquiro, is. Vide *Ganar.*

Adrede lo hizo. Sciens fecit. De industria, consulto, data opera, dedita opera, sciens & volens, sciens & prudens fecit.

Aduanero. Telonium, ii. Custodia, z.

Aduanero. Publicanus, telonearius. Vectigalium exactor, vel coactor.

Adulares. Mapalia, orum, tuguria.

Advenedizo. Advena, z. Exterus, i.

Adversidad. Fortuna adversa, calamitas, infortunium, gravis casus, res adversa.

Adversario. Vide *Contrario.*

Adverrir. Animadverto, is. Adverto, attendo. Animum adverto, animum in tueri. Observo, as. Considero, circun picio. *Advertido.* Consideratus, prudens, circumpectus.

Advertidamente. Scienter.

Advertencia. Circunspectio, animad verio, consideratio. De consejo, ó aviso. Monitus, admonitio, consilium.

Adufe, ó pandero. Tympanum, i. La que le tñae. Tympanitria, z.

Advento. Dies sacri, qui anniversaria Christi natalitia precurrunt. Adventus Domini.

Adular. Adulor, aris. Blandior, iris. Assentor, aris. Verborum lenociniis, aut blanditiis aliquem petere, captare, tenere.

Adulatio. Adulatio, assentatio.

Adulador. Adulador, assentator.

Adultero. Adulter, eti. Mæches, i. Sub-

Subfessor alieni matrimonii.

Adulterar. Vide *Contrabacer.*

Adulterado. Corruptus, vitiatus.

Adulterio. Adulterium, ii.

Cometer adulterio. Adulterii flagitium admittere. Adulterium committere. Mæchor, aris. Matrimonii fidem violare. Ad alienum torum impudicè adrepere.

Adulto. Adultus, adulta ætate.

A N T E F.

Afable. Affabilis, humanus, comis, c.

Afabilidad. Affabilitas, comitas, humana. *Afablemente.* Comiter, humane.

Afamado. Fama clarus, celebris, illustris. Famosus. Vide *Fama.*

Afan. Årumna, a. Labor insanus.

Afanar. Vehementer laborare. Por mas que afanemos, no hayemos lo que debemos. Cum plus contendierimus, quam pollimus, minus tamen faciemus, quam debemus.

Afæ. Profetò, hercè, certè.

Afear. Deformo, fœdo, as. Derurpo, surpicio, as. Con la mucha edad se afæ sel rostro. Oris decor ingravescere ætate languescit, marcescit, obscuratur, extinguitur.

Afear, è reprender. Vitupero, exprobro, as. Afearime lo que yo tengo por honra. Virtus veris, quod ego glorio duco. Maledicto loco ponis, quod ego p'ra me fero, in quo me valde amo.

Afædo. Fœdatus, deformatus.

Afello. Afectus, us. Afectio, studium. Varios aefectos causò en mi tu carta. Variè sum aefectus tuis literis. Seguimos cada uno su aefecto. In sua quique studia discendumus.

Mover aefectos. Vide *Mover.*

Afellar. Afecto, as. Studio, es.

Afellar cultura en el hablar. Verbo cum concinnitatem, & ornatum exquirere.

re. Cultum in verbis affectare, consecrari, Exquisito orationis cultu eloquentia fa- mami aucupari.

Afetacion en el hablar. Affectatus sermo. Affectata oratio. Quæsus orationis cultus, & ornatus.

Aseyte. Fucus, i. Fucatus nitor. Ceru- sa, pigmentum, purpurissimum. Medica- menta candoris.

Aseytar el rostro. Faciem fuso, & pig- menis illinere. Naturalem oris colorem fucato nitor ementiri. *Aseytarse, è qui- tarse el cabello.* Date operam tonfori.

Afeyta, y enrija el cabello. Capillos arte medicatur, tingit, venustat, ad speciem decoris promitt, frangit in gradus. Affectat, ut vel turgescat coma, vel unguento niteat, vel erret promissior. Medicamentis affectit, torquebat capillos, in orbem cogit, vel in annulos format, ac de singulis capillis in consilium ire videtur.

Aseytado. Fucatus, cerussatus, fucosus. Unguentis delibutus.

Aseytadas palabras son las vuestras. Inicit in tua oratione fucatus quidam nitor, & veluti calamistris crines orationis exornas. Ascitus est, & fucosus orationis tuae decor. Meretricio cultu nitida splendor oratio, non naturali colore viger.

Afeminar. Effemino, as. Mollio, is.

Afeminado. Effeminate, mollis, luxu difflues. Qui in foemineos gestus, muliebremque indolem totus frangitur. Sar- danapalo mellior. Quid digno scalpit uno caput.

Afeminadamente. Effeminate, muliebriter, molliter, delicate.

Aferrando en su parecer. Sententia re- tax. En aferrando, no bay facalle de alli. Quod sensu instituit, ab eo deduci non potest.

Aferrando. Afectus, us. Afectio, studium. Sollicitudine affectus. Estar afigido. An- xio animo est, dolore affici.

Aferrar cultura en el hablar. Afectus, us.

Afian-

Afianzar. Vide *Abonar.*

Aficion. Amor, studium, cupiditas, voluntas, benevolentia. No le tenia tanta aficion. Non perinde erga illum affectus era. Sequi' illum diligebat. Tiene'ne a mal la aficion que le tengo. Virtus mihi vertunt, criminis dare, quod in illum sim propenior. Criminis loco objiciunt, quod illi studeam. In maledicti loco ponunt, quod illum impensis diligere.

Aficionar. Afficio, is. Consilio, as.

Aficionarse de algo. Rei pulchritudine capi, allici, affici, teneri. Aficionarse à la eloquencia. Eloquentia laude duci, ejus studio capi, delecati.

Aficionado. Studiosus, cupidus.

Afilar. Acuto, is. Astem docere.

Afinar. Expolire, perpolire, perficere.

Afinar el oro. Aurum excoquere. Afinar los organos. Ad harmonia' normam organa dirigere.

Afinidad. Afinitas, tis.

Afirmar. Afirmo, as. Afferro, is. Ajo, is. Afirmar con veras. Afferante' affirmare. Afferro, as. Afirmacion. Afirmatio, afferente.

Afirmativo. Afirmans, afferans.

Afirmativamente. Afirmative, afferente.

Afislarse la llaga. Vulnus fistulare, exulcerari, in ulcus abire.

Afigir. Afigo, is. Ango, is. Vexo, crucio, afflico, exagito, as. Ya ves quan afigido me hallo, y quan falto de consejo. Magna, ut vides, sollicitudine affistor, magna inopio confisi. Cic.

Afigirse por el mal consejo. Infelicitatis penas a le exigere, infotunio affi- carri. Afigeme à mi tambien con esto. Me in eundem luctum vocas.

Afigido. Affictus, anxius, conflictatus. Sollicitudine affectus. Estar afigido. An- xio animo est, dolore affici.

Afigir. Afectus, us. Afectio, studium. Sollicitudine affectus. Estar afigido. An-

Afoxar. Laxo, as. Relaxe. Remito.

Ya bareis a foxado en los estudos. Jam tuus ille ardor animi ad studia refixit, relanguit. Jam conatus illi mihi, atque impetus ad Philosophiam capessendam refe- derunt, defecerunt.

Afollado. Follicans, tis.

Aforar un campo. Agrum sub annua pensione colendum, & fiendum aliqui tracter. El que le tomo à fero. Emphyteu- ta, as.

Aforismo. Aphorismus, i.

Aforro. Pannus subdititius.

Aforrar el vestido. Veltum munire. Vestiana aforrada. Abolla, a. Diplois, dis. Amictus duplex.

Afortunado. Vide *Dichofo.*

Afrenta. Dedecus, os. Ignominia, opprobrium, turpitudo. De palabra. Pro- brum maledictum, contumelia. El que la dice. Convictor, contumeliosus.

Afrentar à uno. Ignominia aliquem afficerre, notare. Ignominiam illi inferre, notam turpidinis inure.

Dixome muchas afrentas. Multis me contumelias oneravit, affectit, maledictis lacravat, vexavit, profudit, appetivit, infectus est. Effudit, evonuit in me convicia, quemcumque voluit. Que sugge- rebat ira in me convicia conjectit, con- gesit. Multa ab eo convicia sustinuit.

No tomeis esto por afrenta. Hæc pro- bri loco ubi obiecta ne duxeris. Hoc à dedecore, aut ignominia tua longè abest. Nulla in hoc tuæ dignitati labes aspergi- tur, nulla infertur infamia.

Afrentarse uno à otro. Decir los nom- bres de las Pasquas. Altenis contumelias jactare. Convitis se mutuo petere, pro- scindere. Maledictis certare. Probris ad pugnam proludere.

Queo muy afrentado. Magna ignomi- nia notatus est. Maximam ignominiam subiit, tulit, sufficiuit. Magno dedecore affectus est. Infedit illius generi labes.

quam nulli spongia delebit, nulla eluet posteritas.

Afrentosa cosa. Ignominiosus, infamis, turpis, contumeliosus, probosus.

Aveis hecho una cosa muy afrentosa. Sumnum dedecus in te admisi. Maxima turpitudinem suscepisti. Turpisima tibi ignominia notam inuissisti. Te summa ignominia maculis aspersisti, inquinasti, scelasti.

Afrentosamente. Turpiter, contumeliosè, ignominioso, cum ignominia.

Afuera. Foras. Vide *Fuera*.

Afisfar. Aufugere. Vide *Huir*.

A N T E G.

Agachar/se. Demittere se.

Agalla para tinta. Gallæ, x.

Agallas de hombres. Tonfillæ, arum. De puerco. Glandulæ, arum. De pez. Branchiæ, arum. Quedæ colgado de la agalla. Spæ fructuatus est.

Agarrar. Arripio, corripi, is. Apreniendo, is. Ungubius, aut uno tenero.

Agarro. Raptio, nis. Rapina, x.

Agarrochar al toro. Taurum spiculis petere, appetere, confondere.

Agasajar al huesped. Oficia in hospitem conferre, illum honorificè excipere, liberaliter habere, tractare, omnibus officiis prosequi, asestari.

Agasajo. Oficiosa in hospites humanitas. Hospitalitas, tis. Todo el agasajo que le hicieren, haz cuenta que à mi me le haces. Quidquid offici, in illum contuleris, in me collatum puta. Por agasajo. Oficio causa.

Agasajador. Officiosus, hospitalis. In hospites comis, perhumanus.

Agata, piedra preciosa. Achates, x.

A gatas entré. Quadrupes intravi, ingressus, receptus sum. Vide *Gatear*.

Agavillar/se. Vide *Conchavar/se*.

Agazaparse. Vide *Agacharse*.

Agena cosa. Alienus, a, um. No to-

mar lo ageno. Manus ab alienis abstinenre. Esto es muy ageno de un hombre como vos. Hoc à tua dignitate valde abhorret, valde alienum est, te tanto viro maximè indignum est.

Agencia. Procuratio, nis.

Agente de alguno. Negotiorum alicuius actor, procurator.

Agenuz. Vide *Neguilla*.

Agil. Agilis, diligens, strenuus.

Agilidad. Agilitas, celeritas.

Agitacion. Agitatio, nis. Motus, us.

Agobiarse. Incurvescere, pandari.

Agobiado. Pandus, incurvus, a, um.

Agonia. Angor animi. De la muerte.

Extremum luctantis animæ certamen.

Agonizar. Animam agere. Angoribus postremis confici, afflicti. Animum à corporis complexu divelli.

Agora. Nunc, modo. Vide *Ahora*.

Agorar. Auguror, aris. Vel auguro, as. Aufpicor, omnior, aris. No quisiera agorar malos successos. Nolim, ne omnis quidem causa, malum prædicere, calamitatem augurari.

Agorero. Augur, ri. Aruspex, icis.

Agosto. Augustus, i. Sextiis, is. Ya hicimos nuestro agosto. Jam agororum fructus collegimus, percepimus, condidimus.

Agostarse los campos. Ardentè sole agrorum herbas exuri, exiccati. *Agostar los sfan los campos.* Agrorum viror exstœ confectus est, & extinctus.

Agostizo. Augusto menfe natus.

Agotar. Exhaurio, is.

Agotase el caudal. Exhaustus sum, atque egens. Copia mihi in egestatem, & inopiam abit. Ingenii mei fontes exhausti sunt.

Agraciado. Venustus, vultu decorus.

Agradar. Placeo, es. Gratum alicui facere, gratificari. Lo que antes me agrada, me enfada ahora mucho. Quod mihi valde arriterat, nunc vehementer dispergit.

Agra-

Agradable. Gratus, jucundus, gratiösus, placidas, acceptus

Agradacer. Gratificor, habeo gratiam.

Agradezcote el cuidado. Sedulitatem tibi gratificor. Amo te multum de cura, & diligenter.

Agradezceros he esta merced toda mi vida. Grata mihi semper erit tanti beneficii recordatio. Vestri memoriam beneficium perpetuo colam. Numquam vestri in me beneficii memoria deficit, numquam confusesceret. Curæ mihi semper erit, ne quæ præstari à me posit gratia, à vobis unquam desideretur, requiratur, exigatur. Vide *Acordarse*.

No puedo, ni en parte, agradezcer las mercedes que me aveis hecho. Nulla gratia tanta est, que tua erga me merita vel ex parte æquare possit. Tua in me merita omnime gratiam superant. Lewis omnis gratia est pia tuis in me meritis. Meritam tibi gratiam, vel minima ex parte solvere non possum.

Esto es agradecer la buena obra? Hæc tanti meriti merces? Sicine beneficium rependitur? Ni diò muestras de agradecerlo. Ne grati quidem animi signa dedit.

My bien se lo agradecido, y pagó. Cum multisimam illi gratiam retulit. Parem illi gratiam præstuti, reddidit. Beneficium majore beneficio compensavit, reperdit. Beneficium & illustri gratia excepti, & remuneratus est.

Agradecido. Gratus, beneficij memor.

Agradecimiento. Gratia, a. Gratus animus, memoria beneficij.

Agrado. Gratia, a. Benevolentia, humanitas. Con quæ agradó me recibió! Ut benevolè, ut humaniter me exceptí!

Agravar. Gravo, as. Aggravio, as. Gravé aliiquid reddere, efficerre. Esto es lo que agrava mi conciencia. Hoc conscientiam meam gravat, urget, stimulat, quiescere non sinit.

Agravarse. Gravesco, ingravesco, is. Agravarse cada dia el mal. Gravescit in dies valetudo. Morbus in dies singilos invalescit, ingravescit, crudefecit.

Agraviar á uno. Facer, inferre aliqui injuriam. Aliquem lèdere, injuria afficer. Quien se dará por agraviado, de que &c. Quis malè fecum actum putet, quod &c. Quis injuriam se acceperit, injuria affectum se existimet, quid &c.

Agravio. Injuria, a. No hacer agravio á los labradores. Temperare agricolis, ab eorum injuriis abstinenre. Sin agravio de nadie se puede hacer esto. Id nullus injuria fieri potest. Agravio se me hace en esto. Injuriatum hoc mihi est.

Agráz. Omphacium, ii. *Agraces.* Omphaces. Immaturæ uvæ, aut fructus.

Agregar. Vide *Juntar*. Agregado de cosas. Multarum rerum congeries.

Agressor. Aggressor, invasor, oris.

Agría cosa. Acer, cris, e. Acidus. *Agrío,* desabrido. Acerbus, a, um. El agrío de una cosa. Acritonia, a. Acor, oris. *Agrura.* Acerbitas, tis.

Agricultura, labòr del campo. Agricultura, agri cultus, agri cultio. Escribir de agricultura. De re rustica scribere, ageare, tractare.

Agrimonía, yerba. Eupatorium, ii.

Agua. Aqua, a. Lympha, a. *Llovediza.* Pluvia, imber,bris. De fuente. Aquiva. Que pasa por piedra azofre. Albulia, a. *Aqua elestantia.* Aqua refæs, stagnans. *Rosada.* Aqua rosacea. Succus ex rosis liquatus. *Aqua bendita.* Aqua lustralis. *Aguamiel.* Hydromelis. Aqua mulsas. *Aguapie.* Lore, a.

Aqua ardiente. Vinum igne liquatum.

Aguas vivas del mar. Estus maris.

Aguas muertas. Aqua stagnans.

Aguaza. Aquosus humor.

Aguazero. Nimbus, i.

Aguador. Aquator, oris. Del exercito.

Lixa, a. *Aguaducho.* Aquæ luctus, us.